Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



leges uiuere augustorum.
Quam paschasius corripi
ens cepit ad sacrificia de
monum inuitare. Cui bea
ta lucia dixit. Sacrificium
uiuum et immaculatum apud
patrem hoc est uisitare ui
duas et orphanos in tri
bulatione eorum. Ego per istos
tres annos nichil aliud egi. nam
sacrificaui deo uiuo. iam
quia nichil superest quod sacri
ficem ipsam me offero in
sacrificium deo. hostiam
uiuentem. quod ipsi pla
cet de hostia sua faciat.
Pascasius dixit. Ista uer
ba cuicumque tibi simili nar
rare poteris christiano.
mihi autem qui principum de
creta custodio. ista frus
tra prosequeris. Lucia
respondit. Tu principum leges
attendis. ego dei leges
attendo. tu principes ti
mes. ego deum timeo.
Tu illos offendere non uis.
ego deum offendere caueo
tu illis placere desideras.
ego ut christo soli placeam
concupisco. Tu ergo fac
quod tibi scis utile. et
ego hoc ago quod mi
chi utile esse recognosco.
Pascasius dixit. Patri
monium tuum cum corrup
toribus tuis exstirpasti.
et ideo quasi meretrix
loqueris. Lucia respon
dit. Patrimonium me
um tuto loco constitui.
corruptores autem nec
mentis nec corporis mei.
aliquando suscepi. Pasca
sius dixit. Qui sunt
corruptores mentis et
corporis. Lucia respondit. Cor
ruptores mentis uos es
tis. de quibus dicit apostolus.
Corrumpunt mores bo
nos colloquia mala. Sua
detis animas hominum mere
tricari. ut dimittant
iurum suum. idest creatorem